





18. 20
GEORGI HENRICI GOETZI, D.

Superint. Lubecenf.

COMMENTATIO
THEOLOGICA,

De

CREDULITATE,
THEOLOGO
FUGIENDA,

Quam

In

Colloquio Ordinario

Ad D. X. Augusti, A. MDCCXIV.

defendet

M. FRIDERICUS Volk /

Regiomonte Borussus.



LUBECÆ, Ære Schmalbertziano.

GEORGI HERRICI GOETZI, D.

Superior. Libeccii


COMMENTATIO
THEOLOGICA

DEO
ET
PATRIÆ.

Colloquio Ordinario
Vb D. X. Augusti, A. MDCCXIV

M. FRIDERICUS GOETZ

Libeccii



L I B E C C I I





PRÆFAMEN.



Quamvis, ut Poeta canit,

Candor in hoc aeo res intermorta pene
existat, nihil tamen minus Viri, rerum sacrarum periti, ei-
dem omnem operam impendere debent, ne, tum sibi, tum
aliis, afferant detrimentum. Dissimulare equidem nolo, sapi-
sime candidas animas ab improba nota hominibus circumveni-
ri; & opprimi, juxta illud:

Tuta frequensque via est per Amici fallere nomen.

Exemplo enim suo id comprobat magni nominis, & pietatis in-
videnda, Theologus, *Salomo Glassius*, quem aurea illa *Philologia
sacra* (I), aliaque, quæ elucubravit, Scripta, vetant mori,

A 2

(39) *Varia Eruditorum, Exterorum præsertim, judiciâ, de lau-
dati Glassii Philologia sacra, collegit B. D. Michael Waltherus in
Threnologia de Vita Glassii p. 63. sq. Quibus illud addi meretur,
quod Fridericus Schererzium tulit, in præfat. Animadversionum Isago-
gicarum circa Philologiam, p. 4. sq. ita scribens: Habemus per
Dei gratiam, quo nobis ex imo pectore de tantis egregiis in Philologia sacra
scriptis gratulemur. Unum è multis tantum hac vice quo nomen aureum
& incomparabile illud Opus venerandi Doctoris Salomonis Glassii, Philologi
Biblici Clarissimi, ac Lutherana nostra Religionis immortalis ornamentis
publice*

de quo memoria proditum est, quod Vir sine furo & fallaciis fuerit, aliorum tamen insidias nonnunquam expertus, hominibus parum fidendum esse agnoverit. Laudat propterea candidum ipsius pectus *D. Michael Waltherus*, amicus nunquam reconciliatus, verbis insequentibus: (2) *Quid de ingenio candore, de mentis sinceritate & constantia proferam! Non profecto aliud in lingua habebat promtum; aliud verò sub pectore fovebat clausum: Nihil simulate, nihil astute, nihil dolose, nihil insidiosè agebat unquam.* Addit tamen *Christophorus Brunchorstius*, qui aulam Gothanam tunc temporis verbo divino instruxit, atque in *Exequiis, Glassio* paratis, verba dixit ad populum, quosdam ejus ingenuitate turpiter fuisse abusos: (3) *Zu wünschen wäre es/dass eines oder das andere seiner Frömmigkeit nicht mißbrauchet hätte.* Veruntamen à vero virtutis tramite propterea nullus eorum defestere debet, sed potius *columbina simplicitas*, ut cum *Dianthauero*. (4) loquar, *serpentina prudentia est temperanda*, quo in portu eò felicius unusquisque possit navigare. Hinc eidem non immerito incumbit, ut circumspecte res suas agat, atque *Credulitatem* omnino studio evitet. Huic enim si deditus fuerit, sibi omne vitium ac culpam tribuat, si res ipsius vertantur in discrimine. Et de hoc ipso argumento, *Credulitatem* scilicet *Theologo* fugiendam esse, quædam nunc commentari in animum induxi, ita quidem, ut ostendam, tum hanc prudentem diffidentiam valde esse necessariam, tum, quibus rationibus ea commodè institui possit, tum denique, quæ monita circa eandem observari debeant. Faxit modo Divinum Numen, ut hic labor ex voto nunc fluat, & tum mihi, tum aliis, prodesse queat!

S. I. Ut itaque ordine omnia atque decenter expediantur.

publico usui dudum communicatum novimus, quod non solum tota Germania, sed et alia gentes, utpote Batavi, Angli, atque Galli, jam singulariter ob tanta merita venerantur,

(2) l. c. p. 69.

(3) in *Sermone Exequiali*, in *Pf. XXXIV. v. ult. habito*, p. 44.

(4) è *Theol. Conscient. T. I. p. 265.*

diantur, lubet statim circa ipsa vocabula, quæ in fronte *Commen-
tationis* hujus leguntur, nonnulla illustrationis causa præmittere.
Neminem enim latere credo, vocem *credulitatis* nequaquam hic
in bonam partem accipi, prout in *Libris Salviani*, Presbyteri
Massiliensis, qui *Seculo V.* floruit, sub hac significatione occurrit.
Ita enim *Lib. III. de Gubernatione Dei Cap. III. p. m. 37.* ille scribit :
*Qui tam magnam credulitatis & fidei mercedem in hoc seculo esse
volumus, qualis credulitas aut fides ipsa esse debeat, considerare de-
bemus. Quid est igitur crudelitas, vel fides? Opinor, fideliter
hominem Christi credere, id est fidelem DEO esse, hoc est, fideliter
DEI mandata servare.* Et *Lib. III. adversus Avaritiam* dispu-
tans, p. 251. inquit : *Non credis utique, non credis, & licet credu-
litate tuam verbis his velis adseverare, non credis.* In hisce ita-
que verbis credulitatem fidem denotare, cuilibet patere credo.
Prætereo alia loca, quæ docent, credulitatem & professionem
fidei Christianæ, & fidem ipsam, significare, quæ *Carolus du Fresne,*
in *Glossar. Lat. T. I. f. 1259.* congescit. Sinisteriorem itaque signi-
ficatum vocabulum hoc obtinere, quilibet, vel me tacente,
intelliget, ita ut innuat *vitium*, quo homo, intellectu præditus,
citius ac par est, rebus, vel lectis, vel auditis, vel visis, accedit,
easque veras esse, sibi habet persuasum. Ubertiorem *Credulitatis*
descriptionem dedit clarissimus *Dn. M. Johannes Henricus Ernesti,*
hodie in Academia Lipsiensi Poëtices Professor Publicus, &
Collegii Sapientum Sub-Senior, qui A. MDCLXXVII. ex insti-
tuto, & Cathedra Philosophorum, de *Credulitate* disseruit, quam
ex *Cap. I. S. 5.* hic nunc repetere placet. *Credulitas*, inquam,
est *vitium intellectus, quo quis omnia, quæ ab alio quocunque profe-
runtur, aut aliis signis significari videntur, statim ac probata atque
ab ipso cognita sunt, insuper habita, à quo, quomodo, quibus ex cau-
sâ, & cur dicantur, aut fiant, debita dispectione, vera esse existimat.*
Nolo verò nunc eandem juxta omnes circumstantias
discutere, ac perulstrare, cum ex integra argumenti tra-
ctatione elucefcet, quanam in re Theologus illam mani-
festius conspiciendam exhibeat. *Quamobrem statim*

hic indico, *Theologi* nomine illum venire, qui, vel animum necessaria divinarum rerum notitia imbuit, vel officio sacro, si-
ve in *Academiis*, sive extra easdem, ritè admotus est. Unicui-
que enim diligens studium & curam ponendam esse, ut ab hoc
vicio liber & immunis deprehendatur, ulterius jam demonstra-
bo. Antè verò quam illud fiat, paucis adhuc monendum esse
censeo, non *voto* tantum & *affectu*, illam credulitati esse
evitandam, sed ipso quoque *effectu*, seu omnibus nervis eundem
contendere debere, ut ne in hoc vitium delabatur.

§. 2. Ipsa verò *Exempla* edocent, *Theologos* quoque,
ut alios missos nunc faciam, credulitati obnoxios fieri posse.
Sacrum enim Volumen testatur, Virum DEi, è *Judea* *Bethle-*
hemum venientem, ac *Jerobeamo* justissimam sanctissimi Nu-
minis iram denuntiantem, mandata DEi violasse, ac credu-
lum se præbuisse, *Prophetæ*que, divinam mentienti *revelatio-*
nem, fidem habuisse, & propterea morte repentina in itinere
fuisse affectum. *Integram* rei *historiam*, *I. Reg. XIII*, descriptam,
peculiari *Commentario* A. MDCCX. illustravit *Venerab. Abbas*,
& *Doctor Helmstadiensis*, *Dn. D. Job. Andreas Schmidius*, *Facta &*
Fata Duorum Prophetarum Judaici & Bethlehemitici complectente,
digno, qui consulatur. *Credit ergo mendacio vir bonus & antiquæ*
simplicitatis, sed magno suo malo. Imò *inconsideratam credulitatem*
miser tam severe luit, verba sunt *Herm. Witsii* in *Miscell. Sacr. L. I.*
C. XV. §. XXII. p. 142. & §. XXVI. p. 144. *Hodiernâ* verò *ætate* ejus-
modi reperiri *Credulos*, inter *venerabilium litterarum Do-*
ctores & cultores, ecquvis, quæso, inficias ire vellet? *Optimè* enim
laudatus *Schmidius*, in *adducta Dissertatione*, *§. XXXII. §. 36.* in
hanc rem commentatur: *Quam fabulam atque historiam etiam-*
num inter amicos sapius, imo quotidie in toto orbe nunc hæc nunc illa ra-
tione ludî videmus. Amici, vel quicumque demum sint, dum docent vel
monent, sepius nocent. *Hanc mentendi & dissimulandi artem*
egregiè callent exercentque falsi Doctores, qui parum sobare dog-
mata tacitè propugnant, atque incautis & judicîi fano ad-
huc destitutis obrudunt, qui nihil mali suspicantes vera ea esse
existimant. *Sic permultos, illo tempore, quo Liber iste notissi-*
mus,

mus, *Interim* dictus, delenefica facundia variis civitatibus & regionibus commendabatur, nimis credulos, ac deceptos, fuisse, litterarum monumenta passim confirmant. Idem pronuntiarum potest de Crypto-Calvinianis, qui *Vitembergam* olim in quietam reddiderunt, & magnis suis, quas dederunt, pollicitationibus, bonos quoque Viros in sententiam suam pertraxerunt, ut nullum Ecclesiae malum ab iis metuendum esse existimarint. Quo in negotio ad *Davidem Voigtum*, qui isto tempore Ecclesiae Oppidanæ Pastorem agebat, respiciens, non male *Polycarpum Lysium*, Theologum profus insignem, & omni laude superiorem, de eodem (5). scripsisse arbitror. Der ledige Satan hat gegen dem lang-beschriebenen gefährlichen acht und achtzigsten Jahre den Calvinischen Gifft allhier wieder einzuführen mit List und Betrug sich unterwunden. Da zwar anfänglich D. David Voigt auff diese Cantzel gesetzt/ der uns und der reinen Lehr nicht wiederig gewesen ist/ aber gleichwol auch sich zum Calvinischen Teuffel nicht so viel Böses versehen / noch demselben starken Widerstand gethan hat/ bis er es endlich gemercket/ und ihme gänzlich fürgenommen/ solches der hohen Obrigkeit zu offenbahren/ und dieselbe von den giftigen heimischen Practicken der gottlosen Calvinisten zu warnen. Aber er ist durch den zeitlichen Tod übereilet / und daran verhindert worden. Laudat eundem *Melchior Adamus* eundem, quod alienus fuerit à contentionibus, ac pacis semper studiosissimus, in *Vitis Germanorum Theol.* p. 635. *Alienus erat*, scribens, à contentionum & eriminationum studio; & tranquillitatem Ecclesie saepe etiam cum suo periculo defendit. Verum, Scriptorum huncce partium studio fuisse abreptum, illosque valde commendare, qui

(5) In Homilia illa, qua D. *Georgium Mylium*, recens electum Ephorum *Vitembergensem*, ac *Jena* evocatum, cœtui commendabat, *Vitemberga* 1603. habita & impressa, lit. C. 3. coll. B. M. 70b. *Frimelii Witteberga*, à Calvinismo divexata, & divinitus liberata, p. 36.

qui callida Calvinianorum consilia & fraudes, aut non agno-
 verunt, aut non detexerunt, aut eisdem obviam ire recufarunt,
 omnes ferine plagulae satis abunde confirmant. Attamen dum
 animum subit recordatio factorum, quae celebratissimam *Vitem-
 bergam* tunc temporis exceperunt, ipsius sane *Philippi Melancthonis*,
 qui in eadem olim magna cum laude bonas literas docuit, deme-
 minisse haud possum. Is enim *nimia lenitatis* studiosus fuisse, eaque
 Ecclesiae Christi haud levia attulisse fertur incommoda, ut
 non injuria *credulitatis* quoque insimulari queat. Prius egregie
 ostendit, celeberrimus Ecclesiae Christi purioris Theologus, *B.
 D. Job. Frider. Mayerus*, in erudito *Schediasmate*, *Kilonii A.
 MDCXCV.* exhibito, quod *nimiam lenitatem Philippi Melanctho-
 nis, haereses promoventem, propriamque prodentem*, perstringit. *Poste-
 rius* vero adstruere videtur testimonium illud, quod *Joachimus
 Camerarius* amico, cum candidos ejus delinearet mores, per-
 hibuit, in *luculenta ipsius Vitae Descriptione p. 58. sq.* ita differens:
*Nulla in eo malevolentia aut suspicionum latebra. Nulla amula-
 tionis quasi insidia. Nihil subdolum, simulatum, tectum, fallax,
 contraque sincera, simplicia, aperta, vera omnia, oratio libera,
 saepe etiam sine circumspectione, et consideratione, coram quibus illa
 haberetur. Exceptaque esse quaedam dicta ipsius, et ad quosdam
 invidiose delata, notum est. Quod cum ipse sciret, nullam tamen
 cautionem huic parti adhibebat, ne ab amicis quidem et benevolis
 admonitus. Eadem in scribendo libertas erat, quin etiam libros
 scriptaque sua omnia, et literas, quae afferebantur cotidie plurima
 a diversis et dissimilibus conditione, loco, fortuna relinquere
 omnium oculis et manibus expositas, ex quibus subtractum pluri-
 mum esse constat. Et ipse hoc animadvertens, hortantibus suis
 etiam, ut custodiret sua, praesertim cum aliis hoc ut facerent assi-
 due praeciperet, neque pericula tantum, sed malum praesens, saepe
 demonstrantibus, adduci nunquam potuit, ut esse aliter inciperet, et
 sententiam consuetudinemque hac in parte suam mutaret. Dum
 ergo praestantissimus haec Doctor Vir bonus & simplicis
 veritatis*

veritatis amicus & minime fallax fuit, existimavit sane, omnes illos, cum quibus familiariter vivebat, eadem ingenuitate esse præditos, hinc vix ac ne vix *credulitatis* nota Eundem abfolvi posse, mihi est persuasissimum. Nemini hinc mirum esse debet, si nostro, quod vivendo attingimus, tempore, Viri, sacra tractantes studia, & munia, nonnunquam nimis *creduli* evadant, atque illam circumspeditionem & accuratam considerationem postponant. Etenim non solum Oratores sacri in auditorum nonnunquam animadvertere solent vitia, quæ fama mendax per animum garrulam in majus extollit, & quibus plus justo fidem adhibere solent, verum etiam in Scriptis, quæ circumferuntur, Polemicis interdum sententiæ quædam nonnullis ab iisdem affinguntur, à quibus tamen, si ipsorum accuratius evolvantur Libri, & priora cum posterioribus conferantur, sunt alienissimi. Sic in novissimo illo, quod adhuc, pro dolor! durat, & Christi Ecclesiam lacerat multumque affligit, certamine, de pietatis exercitio integre docendo, & rectè promovendo, haud pauci credulitatis crimine arguendi sunt, dum ea statim arripiunt ac credunt, quæ de aliis vulgo circumferuntur, eos veritatem cœlestem contaminasse, nova proposuisse dogmata, atque Schismaticorum propterea Indiculo esse inferendos, alios contra vitam improbam ducere, atque ideo inter *carnales* esse referendos, nec audiendos, imo cum fructu alios docere haud posse, hinc eos, qui impietatem callide occultare norunt, & *Curios simulant & Bacchanalia vivunt*, laudant commendantque, quod vere sancti, pii, innocentes sint Viri, quorum monitis unusquisque morem gerere debeat, reliquos verò proscribendos esse, ac cane & angue pejus evitandos.

§. 3. Verum dum in nostro, cui adscripti sumus, coetu ejusmodi inveniuntur *Theologi*, quibus *credulitas* haud adeo displicere videtur, ulterius adhuc dispiciendum erit, num inter Romani Præfulis asseclas ejusdem commatis deprehendantur Doctores, quibus probrum hoc objicere queat. Si ergò dicendum, quod res est, haud leviter ii peccare censendi sunt, qui in Papæ verba jurant, nec oculos attollere aut hincere audent, ex-

B

stimantes,

stimantes, omnem prorsus pietatem lædi atque everti, si qua ex parte contravenirent. Sic *Elias Hasenmüllerus* in *Hist. Jesuit. ord.* c. 19. (6) refert, se, cum Romæ degeret, ex ore *Fabricii* cujusdam hæc verba excerptisse: *Ego mallem Sodomiam exercere publicam, quam contra Papæ mandatum inire matrimonium.* Verum nimiam hanc credulitatem, *Papam* errare non posse, ejusque sancita haud temere debere violari, rectius forsitan *obedientiam cæcam* quis vocaverit, quippe quam voto, solenniter concepto, approbant, fidem suam Romanæ curiæ obstringentes.

§. 4. *Reformatos* quidem haud facile credere, sed omnia prius explorare, pernotum est. Spectat enim huc assertum *Petri Martyris*, in *Loci Communibus* f. 733, ita scribentis: *Probè credere, cum ad fidem pertineat, duo habet extrema. Ex una parte tanta est facilitas, ut quodvis aliqui velint credere, sive humanum inventum, sive superstitionem, sive Dei verbum illis proposueris, quod planè vitiosum est. Ex altera parte tanta est difficultas ad credendum, ut ne illud quidem velint admittere, quod perspicuum est statui à verbo Dei: nec animo velint credere, nisi suæ rationi fuerit satisfactum.* Inter hæc duo præcipitæ est quidam moderatum, ut facile credamus, qua piè offeruntur credenda, religioso adhibito examine sacrarum literarum. Omnia enim ad eam regulam sunt exquirenda. Verum religiosum istud examen nuper admodum neglexisse videtur *Emanuel Philipp Paris*, Ecclesiastes Hazgerodensis in Anhaltinatu, qui, visioni, nescio quibusnam artibus à malevolo quodam institutæ, multum tribuens, jactavit, se ipsum Christum vidisse, dulcissimosque cum eodem miscuisse sermones. Cujus credulitatem Viri doctissimi recte impugnaverunt, abs me adducti in *Dissertatiuncula*, qua *Museum Eruditæ*, variis memorabilibus conspicuum, A. MDCCCXII. aperui, §. 4. quibus addi meretur *Dissertatio Theologica*, à *M. Thoma Forstmanno*, florentissimi *Iserlobn. Lycei Rectore*, de *Christo in Camera*

(6) all. *Ant. Rembellona* de *Godentius* (sive *Barthol. Goericio*, hic enim verus Autor est, teste *Platio* in *Pseudonymor. Catalogo*, p. 162.) in *tempestivo suscitabulo pro Principibus* p. 136, sq.

Camera Hagerodensi, in Gymnasio A. MDCCXI. habita, in qua S. XIV. hoc lego iudicium: Credimus, non satis cautum sese gessisse Diaconum Hagerodensem, neque officio Ministri Ecclesiae rite defunctum esse, dum sine ulla necessitate, posthabito verbo Θεοπνεύτω, incertè & periculosa visioni confisus est, & ad illius præscriptum munus suum administravit. Nec inelegans est Carmen, quo doctissimus Præses, Respondentis munus obeuntem, Jo. Mauritium Vossium, profecutus est, ita modulatus:

*In Camera Christus quod sit, ne credite, dicit
Salvator. Dicit sed Paris: In Camera est.
Vossius in CHRISTI juravit verba Magistri,
Et fugit ut pestem, quæ sapit ille Paris.*

S. 5. Probatum itaque nunc dedi, Theologos in *Credulitatis* vitium rapi posse. Istud itaque eisdem evitandum esse, ulterius nunc erit deducendum. Ad sacram itaque Scripturam accedens, atque mandata divina & Sapientum monita ex eadem excerptens, statim respicio ad verba illa, quæ *Exodi XXIII. v. 1.* leguntur: *Non accipies famam vanitatis*, id est, nimiam ne sis studiosus credulitatis, nec faciles præbeas aures calumniis, delationibus, & mendaciis, prout *A. Rivetus T. I. Opp. f. 1073.* ea non malè exponit. Spectat quidem hoc mandatum ad *Leges forenses*, iudicesque instruit, quæ ratione coram iudicio sese gerere debeant, propterea tamen universos quoque in conscientia obligat, ut prudentiam exerceant, si rumor aliquis de proximo sparsus ad ipsorum aures pervenerit. Illi enim, qui *DEI* causam agunt, & propugnant, & coetum sacrum salubribus afficere debent monitis, vel maxime à credulitate sibi debent cavere. Spectat huc ipsius Christi præceptum, quod *Dodecadi Apostolorum* olim dedit, cum eos in *Judæam* ad prædicandum emitteret: *Estote prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbe. Matth. X. 16.* In hoc enim commendabat eisdem *prudentem simplicitatem*, volo, ita enim verba optimi Magistri *B. D. Lucas Ofsander* in *b. l. p. 150.*

B 2

exponit,

Exponit, vos esse circumspēctos, ne per imprudentiam in periculum non necessarium vos coniciatis, quemadmodum serpentes mira sagacitate, pericula declinare norunt: Et tamen volo etiam, ut candidè agatis: ne quis dicere queat, vos esse homines versipelles, vafros, versutos. Sic eadem ratione Theologi officium est, ut circumspēctè se gerat, nec unicuique fidem habeat, licet se vera dicere & proferre asseveret. Eo respicit Frid. Spanhemius, in eleganter conscripta Oratione, de Prudentia Theologi, Lugduni Batavorum A. MDCLXX. publicè recitata, quæ T. II. Operum extat, ac f. 1392. verba insequentia insinuat. Theologum circumspēctum effigio, ut minimè veteratorem, simulandi nocendive artificem. Cautum volo non callidum; non versipellem. Sapientiam desidero, sed non carnis, non seculi. Prudentiam præcipio, non histrioniam, intelligentiam, non malitiam, virtutem non virtutis larvam, serpentis sagacitatem, non venenum, non astum. Hinc sapientissimus Regum Proverb. XIV. 15. à stupida credulitate dehortatur, scribens: Simplex credit omni verbo, sed prudens intelligit gressum suum. Quapropter urget vel maximè, ut singuli prudentem adhibeant sollicitudinem, ne per credulitatem aut supinam negligentiam aliqua in negotiis upiam obtingat deliratio, eamque subsequens supplicium, recte notantè B. D. Geiero in Comment. in Proverb. p. 705. A quo nec dissentit Syrach hoc asserto: Qui facile credit, est levis corde c. XIX. 4. coll. B. Joach. Zeebneri Cent. II. Adag. LXXIIX. p. m. 379. Quamvis autem hæc gnoma singulis, cujuscunqve illi sint status & ætatis, commendata esse debeat, ne levitatis pœnas dare habeant necesse, ab iistamen, qui in Ecclesia alios docent, ac fidei suæ rationem habere tenentur, vel maximè requirunt, ut ejus legis deprehendantur observantissimi. Audiamus itaqve B. Johannem Matthesum, Theologum sua ætate & pium & doctum, ac in hodiernum usque diem sat celebrem, satis concinnè in verba Syracidæ in Homil. in cap. XIX. f. 113. scribentem: Man mag diesen Spruch/ so da seinen Ort und Werth im gemeinen Leben hat/ wenn man ihm Freunde erkiesen/ ein Weib aussuchen/ oder sonst etwas fürnehmen wil/ item, in neuen Zeitmaen

tungen anzuhören / in Handels Sachen / in Berg. Werck &c. wohl mercken und behalten. In der Kirchen aber soll dieser Spruch fürnemlich und sonderlich seine Stadt und Raum finden / wie er denn auch vom St. Paulo angezogen wird Ephes. am 4. Lasset euch nicht von allerley Bind und Lehre wehen und wiegen / das ist: Glaube nicht ohne Ursach leichtlich dahin einem Schwärmer / Schreiber / Buche / Prediger / Spitz. Buben / Würffel. Sekern / Ribischen. Sey nicht ein Nohr / laß dich nicht allerley Binde der Lehre wehen und wiegen / Glaube nicht einem jeden Geiste / Hergel auf einem Buben / spricht St. Johannes 1. Joh. 4. prüfe die Geister. Siehe woll darauß / ob sie auch einen ordentlichen rechtmäßigen Beruff haben / wie sie zuvor gelehret haben / und ihre rechtlehrende Præceptores gehalten / was für Lehre sie auf die Bahne bringen / probier / miß und streich sie nach der Apostolischen Bley. Schnur / Regel und Prüfstein / wie die zu Zerrohen. Actor. 17. Denn man find / und es sind viel Schleicher und böse Bücher. Dum itaque Pauli verba huc pertinere contendit Vir pientissimus, ea paucis nunc illustrare mihi est constitutum, in quantum huic instituto inservire poterunt. Ita autem ista c. II. v. 14. suunt; *Ut non amplius simus infantes, fluctantes & circumlati omni vento doctrine, per defraudationem hominum, & astutiam, ad ambages erroris.* Monet ergo Vir sanctissimus Ephesos, ut sibi omni studio caveant à perversis sententiis, & Doctorum interpretationibus, quibus auditores suos decipere assolent, nec pueros imitentur, qui nimis creduli inveniuntur, atque ob judicii maturioris defectum variis modis excitantur, & exercentur, dum quaestiones, ipsorum captum superantes, eisdem proponuntur, quæ illos diverse trahunt, ut, quo se demum vertant, prorsus ignari sint. Haud raro quidem Viri præstantes cum pueris pueriliter agunt, ut in ipsorum inquirant profectus, judicii acumen explorent, atque in veram deducant viam, informentque, si vel ab iisdem erratum, aut

minus recte responsum, fuerit. Hoc ipsum in more positum
 fuisse modo nominato Melanchthoni, laudatus Camerarius l. c. p. 59.
 sq. hisce verbis est professus: *Ambiguè libenter & suaviter ludere*
cum pueris maxime & adolescentibus solebat, hoc ipso etiam exer-
cens intelligentiam illorum ad serias fallacias considerandas & ex-
plicandas, iisque enarrandis ingenia eorum acuens, & alios confi-
deratione horum fatigari cernens, & explicando interdum falli,
istarum hilaritatis occasionem habebat. Verum hunc finem sibi
 minime præfixum habent impietatis Magistri, sed dum audito-
 res, qui parum circumspicte ipsos accedunt, ut pueros adoriun-
 tur, eis, interrogationibus suis acutis & periculosis, obesse magis
 quam prodesse solent, illorum nequaquam curantes emolu-
 menta. Quapropter cum Ephesis universi admonentur, in re-
 bus ad fidem spectantibus, ut circumspicte agant, ne inopina-
 to decipiantur. Prætereo jam salutare illud ac necessarium
 præceptum, quod I. Job. II. 1. legitur, atque *Ἀκριβοῦσαι πνευ-*
ματων requirit. Hoc enim mandatum non solum ad Laicos spe-
 ctat, eosque instruit, ut de Doctorum suorum dogmatibus
 iudicium ferre, eaque ad Scripturam sacram revocare, insti-
 tuant, prout B. D. Frid. Rappolius in *Opp. Theol. p. 425. sq.* recte de-
 duxit, sed etiam ipsis Doctoribus præscriptum est, ut sibi in au-
 diendis & legendis variorum Doctorum sententiis bene consu-
 tant, atque easdem diligentius examinent, coll. I. *Thess. I. 21.*
 Spectat huc elegantissima & doctissima B. D. Danbauri *Com-*
mentatio, de Probatione Spirituum, quæ circa hoc argumentum
 consuli meretur. Singulis itaque constare credo, Sacrarum
 Litterarum monumenta asserere, credulitatem serio esse fu-
 giendam. Ipsam tamen Scripturam sacram sibi haud contra-
 riarum, paucis nunc erit demonstrandum. Existimant enim
 nonnulli, credulitatem vitium asserere haud posse, eò quod
 caritas Christiana omnia credere debeat, juxta Pauli monitum, I.
Cor. XIII. 7. Verum enim verò tantum abest, ut hoc ipso pruden-
 tia Christiana tollatur, ut potius ea ipsa adstruatur insimul, taciteq;
 confirmetur. *Caritas enim omnia credit, quæ nondum decepta est, sed*
 quia

quia & hoc credit, quod decipi queat, ideoque prudentiæ temperamentum suadet, ut circumspicte quoque unusquisque se gerat. Paulus itaque docere volens, pravas & temerarias suspensiones vitandas, nec de peccatoribus statim desperandum esse, hanc ponit thesin, caritatem omnia credere, nec ambigua & incerta statim in sinisteriorem partem rapere; sed optima quæque de proximo sperare, inde tamen non destruit aut tollit cautam conversationem, quæ vel maxime in hac vita est necessaria, tum respectu eorum, à quibus decepti sumus, tum etiam aliorum, à quibus nondum sumus illusi, ne scilicet ab iisdem fallamur, cum voluntas hominis valde sit mutabilis. Est enim, *hec bona pars prudentiæ Christianæ, qua monemur, ut fidamus, sed, cui, videamus, prout benè in hanc rem scribit B. D. Frid. Balduinus in Comm. in Epist. Pauli. 486. coll. B. Stisseri Homil. in Syrac. Sapient. p. 211. sq. Placet hic repetere doctam & succinctam expositionem B. D. Seb. Schmidii, quæ in Paraphrasi hujus Epistolæ, adnexa ejus Commentario, in Epistol. ad Colossenses scripto, p. 346. sq. hisce verbis concepta legitur: Omnia credit, ita ut pertinaciter non contradicat, & de veritate proximi non dubitet.* Interim tamen si causa dubitationis adsit, periculosissimè scilicet temporibus, caritas non credit omnia, sed prudentiæ est studiosissima, ne homo semetipsum detrudat in periculum. Id quod ipse Salvator noster, & præcepit, & exemplo suo confirmavit. Ita enim *Matthæus refert c. X. 17. cum instruxisset discipulos suos: Cavete ab hominibus, namque tradent vos in Synedria, & in Synagogis suis flagellabunt vos. Et Johannes ait c. 11. v. 24. Ipse Jesus non credidit se ipsum illis, propterea, quod cognoscebat omnes.* Hæc ergo diligenter secum perpendens *B. D. Lucas Ofsander in Comment. in Matth. p. 150. sq. sequentia notavit: Esti caritas omnia credit, & de proximo ex suo ipsius candore judicat. 1. Cor. 13. tamen eadem non prohibet, quin interim simus etiam prudentes in cavendis periculis. Nolite (inquit Christus) incautè agere, quia insidiabuntur illi vitæ vestræ.* Quemadmodum verò Scriptura sacra sibi haud adversatur, à credulitate dehortans, ita pari ratione assertio sanæ doctrinæ, de gratia Dei minime dubitandum esse, nequaquam læditur. Is enim *credulitatis* minime arguendus est, qui DEO credit, verò pönitenti gratiam,

gratiam, verbo & Sacramentis, annuntianti, & conferenti, sed qui proximo absque debita circumspectione credit. Is levis corde est, non verò, qui simplicissima fide omnia credit, quæ ad salutem ipsius spectant, & in sacris litteris sunt consignata, hujus vitii argui debet. Id quod adversus *Andr. Vegam*, dogma dubitationis Pontificiæ inde adstruentem, benè notat *B. Stifferus l.c. p. 212.*

§. 6. Præunte ergò ipso DEO, per Scripturam cum hominibus loquente, rectè asseritur, *Credulitatem* diligenter esse effugiendam. Et hanc rationem, ut præcipuum, & consideratu dignam, vel maximè respiciendam esse, cuilibet patere credo. Quod enim DEUS serio prohibuit, illud minime est amplectendum. Quamobrem mala illa, inde pullulantia, hic prolixius argere nolo. Etenim Theologus credulus non tantum sibi nocet, sed aliis quoque, quibus narratis suis fucum facit, caritatem lædit, famam proximi inquinat, ac seipsum impudentissimè egisse per sapè confiteri habet necesse. Quæ tamen incommoda prudens Doctor non immerito evitare annititur. Verum hæc diutius nunc immorari nolo, qui paucis nunc demonstratur sum, quibus modis Credulitas à Theologo evitari debeat.

§. 7. Dum ergò in *Museo Libri legendis* vacare solet, ad eos vel maxime respicere debet, quorum Auctores minimè sublextæ sunt fidei. De iis nunc non loquar, qui generatim monumenta rerum gestarum & vetustatis exempla collegerunt, licet hæc Theologo nota esse debeant, sed eos tantum attingo Scriptores, qui fata Ecclesiæ descripta dederunt, atque in Hæreticorum molimina calamum strinxerunt, adeoque propius ad Theologi negotium pertinere videntur. Hosce ergò evolvens à credulitatis vitio alienus esse debet, ne illa fidem mereri existimet, quæ vel cum *Erroribus Historicorum, Gentilium, juxta atque Christianorum, vulgaribus* (7) amice conspirant, vel
minus

(7) Detexit eos nuper *Dn. M. Fridericus Gladovius, Cultrinen-
sis, in Dissert. de Erroribus Historicorum Vulgaribus, in Acad. Hallens,
A. MDCCXIV, proposita, cui addi potest M. Simonis Bornmeisteri,
Hilstor.*

minus recte sunt excerpta, vel, aut odium, vel adulationem, Scri-
ptoris, indicare videntur. Sic *Nicephori Callisti Historiam Ecclesiasti-*
cam fabulis putidissimis valde vitiatam esse, recte notat *Hennicus*
Wharton in *Append. ad Guil. Cavei Histor. Literar.* f. 30. Pontificiorum
deinde, res gestas ipsius Lutheri, ejusque sociorum, describen-
tium, fidem valde laborare, notum est. Idem de *Godofredi Ar-*
noldi Historia Ecclesiastica & Hereticorum, omnibus & lippis nota &
conforibus, ista, pronuntiari potest, quippe quæ quampluri-
ma refert, à veritate profus aliena, ut cum grano salis ea ac-
cipi debeant, quæ in illo libro hinc & inde occurrunt. Nemi-
ni hinc mirum esse debet, varia eandem huc usque subisse ju-
dicia. Ea verò nunc repetere haud vacat, cum contentus ve-
lim esse iis, quæ nuper admodum de ista fuerunt lata, atque à
me observata. Ita enim modo adductus *Gladvium*, de *Erroribus*
Historicorum Vulgaribus scribens, p. 30. censuit: *Arnoldi Historiam*
Haresium laudo ob veritates multas in illa detectas: Non approbo,
quod eo animo ad scribendum se accinxerit, ut accusatos liberet.
Sic enim non veritas sola inquitur, sed animo preoccupato Historia
conscriptur. Rectius, meo iudicio, eandem sub incudem exa-
minis revocavit famigeratissimus *Vitembergensium Theologus*,
Dn. D. Theoph. Wernsdorffius, in lectu digno *Præfamine*, quo di-
fertissimi *Soraviensis Aulae Antistitis*, *Dn. M. Erdmanni Neumei-*
stleri, *Corpus Homiliarum*, in *Pericopis Evangelicis* scriptarum, illu-
stratum

Histor. Prof. P. & Rect. ad D. Sebaldi apud Norimbergenses,
Dissertatio inauguralis, de Erroribus Historicorum Gentilium in rebus sa-
cris recensendis, *Swobaci A. MDCLXXXVIII.* impressa, nec non
Dn. M. Joh. Sartorii, Professoris hodie in *Athenæo Gedanensi*
multo clarissimi, *Dissertatio*, quæ *Gentem Israëliticam ab erroribus*
Justini Historici Lib. XXXI. Hist. c. 2. vindicatam dedit. Nec in-
commode huc referri debent *Celeberrimi Domini Schmidii*
erudita *Schediasmata*, diversis temporibus publicata, quibus
probavit, varias fabulas in *Historia quinque priorum seculorum*
deprehendi.

stratum ivit, sequentem in modum, quod res est, arbitratus:
 M. Arnold hat sonst sein ganze vorgegebene *Rezer-Historie* so ein-
 gerichtet / daß sie bey der Ehr- und Wahrheit-liebenden Welt allen Cre-
 dit schon längst verlohren hat. Denn wer nunmehr / da die darinnen
 befindlichen Partheyligkeiten / unzählige Falsa, Verdrehungen und
 Verfälschungen / männiglich vor Augen liegen / von diesem Wercke noch
 grossen Staat machen / auch selbiges andern Leuten / als das beste Buch
 nach der Bibel / recommendiren wil / der muß entweder ein Böse-
 wicht seyn / der ein Gefallen daran hat / daß man mit Religion-Sa-
 chen ein Gespötte treibet / und alles Gute zum ärgsten / alles Urge aber
 zum Besten / ausleget; oder ein Schwärmer / dem daran gelegen ist / daß
 alle *Rezer* fromm gesprochen / und hingegen alle treue Diener Gottes /
 auch im Grabe / gelästert werden; oder aber ein *senorante*, der seine
 Historie gelesen / und sich alles bereden läset / was ihm dieser *Falsarius*
 vorgeschrieben hat. *Nimis ergo credulum illum Theologum esse*
haud temere judicarem, qui Theologorum labores, in Eccle-
sia commodum impensos, ex Arnoldi, aliorumque, scriptis, tan-
tum judicare & haurire vellet, rectora momentibus susque de-
que habitis. Non immerito itaque in Lektionem, tum hujus,
tum reliquorum, qui affectibus indulgent, Scriptorum, diligens
adhibenda est cautio, ne in credulorum referatur numerum.

§. 8. Idem deinde observandum est, ratione *Controver-*
farum, quæ adhuc pertractandæ sunt. Optandum quidem esset,
 ut illarum aliquando finis conspiceretur, verum cum in mili-
 tante hac Ecclesia istud sperari haud liceat, ac Dissidentiam
 quotidie ferme augeatur numerus, ea proinde illi sedula ac di-
 ligenter danda est opera, ut istas rite expendat, ne sana doctri-
 na quid inde contrahat vitii. Declarabo sententiam meam ube-
 rius Exemplis quibusdam. Nota in vulgus est quæstio de *Reve-*
lationibus, quæ Eruditorum per annos quamplurimos exercuit
 ingenia, numne adhuc hodie, clauso Scriptorum canone, sint
 expectandæ? In qua decidenda ita se gerere debet Theolo-
 gus, ne fidem adhibeat vel illis *Revelationibus*, quæ *Christum*, aut

Ango-

Angelos, apparuisse tradunt, neque Doctoribus, qui easdem voce & scriptis propugnant, licet haud levia inde commoda & pericula sibi attraxerint, ac lubentes exilia subierint. Etenim in rebus ad doctrinam salutarem spectantibus non ad Homines, audacter fati assertiones quasdam propugnantes, est respiciendum, sed Verbi divini major subinde ratio habenda est, huic unice est credendum, illi autem, qui assensum istis præbent, meri sunt creduli. Videatur, ut reliquorum non attingam Scripta, eruditum *Meletema*, quod de *divinis Revelationibus, earundemque Veritate*, in *Acad. Vitemb.* sub ductu *Dn. D. Theoph. Wernsdorffii*, A. MDCCXIII, est propositum. Hinc prudentiores svident Theologi, simplicissimam fidem esse optimam fidem, quæ verbo DEi revelatõ unice adhæret, atque mira arte excogitatas revelationes, illusionesque Satanicas, repudiat. *Leg. B. D. Job. Hülsemanni Dissertatio Theologica, Vitemb. A. MDCXXI.* conscripta, quod *simplissima fides sit optima fides, S. XXX. sq.* Sic magna animi contentione in hunc usque diem à *Reformatis* impugnatur universalis DEi gratia, vocatio, & meritum Christi, hoc scilicet ad omnes haud spectare homines, quamvis nonnulli inter adversæ sententiæ Patronos mitius agere velint, & nostræ doctrinæ propius accedere videantur, universalem scilicet DEi esse gratiam, eamque ad omnes pertinere homines; hinc dextram fraternitatis nobis porrigunt, eis valde succensentes, qui istã accipere de rectare audent. Verum enim vero nemini autor esse volo, ut uni atque alteri, svavius cantanti, statim fidem adhibeat, sed accuratum procedere oportet scrutinium dogmatum, quæ Reformatorum sacris addicti hucusque defenderunt, & integræ Ecclesiæ nondum rejecerunt. Etenim, qui bodie in Germania sunt Calvinii Discipuli, plerique didicerunt imitari linguam *D. Lutheri* in loquendo, & sub Phrasibus *Lutheranis* occultare sensum & animum Calvinianum, sive Sacramentarium, verba sunt *B. D. Balb. Menzeri*, quæ *T. I. Opp. Lat. p. 2068.* extant, & non sine ratione hic repetere volui, ut Theologum commonefaciam, caute ipsi agendum esse circa controversias, quæ Lutheranis cum Reformatis intercedunt, atque pacem spiritua-

Iem, ab eisdem huc usque verbis exquisitissimis oblatam. Nec
 alia ratione tractare debet controversiam illam valde tritam, de
Chiliasmo. Quamvis enim haud raro *Nubes Testium*, undiq; conqui-
 sitorum, illum adfirmantium, adduci soleat, quo signata ipso-
 rum lucem Theologi nubilent, attamen obstinata credulitate
 testimonia eorum respuere, & Scripturae diviniore luce nubi-
 la animi serenare debet. Et si modo deinceps curam diligen-
 tiamque adhibuerit, ipse statimagnoscet, testes productos, qui-
 bus adversa pars rem suam planam facere studet, facillimo ne-
 gottio labefactari posse, atque infirmari. Ejus rei ergo ad *Pä-
 piam*, Scriptorem antiquissimum, quem *seculum secundum* sibi
 vendicat, aliique Johannis discipulum fuisse jactitant, pro-
 vocare nunc volo. Hujus enim assertio chiliasica, ab ipso
 scilicet Johanne hausta, incredulis obrudi solet, ut ean-
 dem recipiant pariter defendantque. Verum rectius
 ab aliis, qui emuncta naris sunt, fraudemque jamdu-
 dum olfecerunt, fabula est explosa, scilicet *Papiam*, non
Johannem, Apostoli dignitate inclyti, auditorem, sed Sacerdotis
 cujusdam, *Johannis* dicti, filium fuisse, atque dicta Apostolorum
 minus recte intellexisse, imò stupidi admodum ingenii Virum
 fuisse, ac fabulis plus justo indulgisse. Hac ratione testimonium
Papie infirmo nititur fundamento, ac corrui. Vid. *B. Dn. D. An-
 gusti Pfeifferi Anti-Chiliasm. p. 104. sq. & Dn. M. Elia Weihenmayeri Dis-
 sertationem, de Papia Hieropolitano, in Asia Episcopo antiquissimo, quem
 ex Antiquitate Ecclesiastica produxit Vitembergæ A. MDCXCIV. Tan-
 dem & hic in genere notari velim, Theologum, si forte nova
 in Ecclesia orientur certamina, & Viri, de re sacra alias bene me-
 riti, erroris insimulentur, cautionem adhibere oportere, ut non
 statim ea indubitata veritatis esse judicet, quæ à Viris nonnullis,
 magna licet autoritate præditis, proferuntur, sed ipsa Scripta eo-
 rum, cum quibus concertationes instituuntur, inspiciat, & ver-
 ba ipsorum, quæ atro lapillo notantur, examinet & diligenter
 perpendat, num cum antecedentibus & consequentibus exactè
 cohæreant, quo in rei veritatem eo felicius pervenire queat,
 nec*

nec in proximum evadat injurius. Persape enim unus alterum, levisimis inductus rationibus, opprimere, & criminosisime insectari studet, quo penes ipsum tantum sit principatus. Vel, ut mitius judicem, nonnulli mentem Theologi, cui dicam scribere ausi fuere, non satis rectè perceperunt, sed sententiam, quæ nunquam ipsi in mentem venit, obtrudere haud erubuerunt, ut propterea male ab omnibus audire inceperit. Optimum itaq; eorum factum esse reor, ne credulitatis notam incurrant, ut Adversariorum volumina, si scilicet eorum copia haberi queat, diligenter evolvant, atque ipsimet accuratè perspiciant, num rectè an minus falsorum dogmatum insimulari debeant. Nonnunquam enim omni crimine liberi sunt, qui in eo esse dicuntur, alii contra speciem quidem integritatis habent, cum fraudulentum animum occultare didicerint. Sic *Ludovici Lucij* labor, in edendis *Centuriis Ecclesiasticis* insumptus, quibusdam haud displicere videtur, prout *B. Cass. Sagittarii* testimonio, quod in ipsius *Introductione in Historiam Ecclesiasticam* p. 279. legitur, evinci potest, verum alii, qui propius easdem inspexerunt & perlustrarunt, haud abs re monent, illas Erroribus Calvinianorum haud unis scaterere, atque propterea cautum exigere Lectorem. Conf. *B. M. Jo. Gottlieb Mölleri Observationum Miscellanearum Decas*, quæ *Rostochii* A. MDCXCIII. fuit proposita, *Observ.* III. p. 10. sq.

§. 9. Verum extra *Museum* quoque *Theologum*, ac præprimis *Verbi Praeconem*, intueri nunc placet. Is enim in sacra constitutus cathedra ita comparatus esse debet, ut singulis innotescat, nihil ipsi cum *credulitate* intercedere commercii. Quapropter dum in auditorum vitia eidem animadvertendum est, ea vel maxime reprehendere debet, de quorum veritate nullum amplius superest dubium, ne ullus præsentium eum ludificari & calumniari incipiat. Multa enim sæpissimè de Viris & foeminis circumferuntur, quæ ob otiosis hominibus efficta sunt, & Verbi ministro garrula lingua exponuntur, ut præter necessitatem ira detonare instituat, atque tum sibi, tum aliis, noceat. Bene

hinc monuit Syracides c. XIX. 14. *Sepe fit calumnia; ideo non omni sermoni crede.* Das sollen bedencken Prediger, daß sie sich beyleibe nicht von denen/die neue Mähren bringen/bald einnehmen lassen/breviter, sed accuratè, in hæc verba notat, *H. Valerius Herbergerus, in Syracidis Sap. f. 329.* Præprimis verò ea non statim admittere debet, ac pro veris habere, quæ de Magistratus actis & factis à lingvatis homuncionibus pronunciantur. Haud rarò enim Cives, jugum ferre reculantes, libero ore blaterant, quæ Republicæ Præsidiibus, aut invidiam, aut ignominiam, conciliare possunt, hinc Verbi Ministro aurem vellicant, ut non Imperantibus parcat, sed publicè redarguat, atque sic frequentes Conciones *legales* (scharffe Straff- und Gesetz-Redigten/ daß die Pfeiler in der Kirche beben möchten) habeat. Si ergo prudentiæ studiosus esse desineret Theologus, & nulla adhibita circumspeditione & examine, vel ejus, à quo ista hausit, vel rerum, eidem concreditarum, extemplo, pro rostris dicturus, eos increpare sustineret, sane sibi acceleraturus esset molestias fermè inextricabiles. Satis venuste *Frid. Spanhemius* hac de re disserit, *T. II. Opp. f. 1302.* cuius verba hic apponere haud erit dividix: *Cum primis verò respexisse diligentius oportuit summas seculi Potestates, flectendas sane & exorandas, non præpostero supercilio irritandas. Et post pauca: Nihil sanè efficiunt magnopere commendandum, per quos Principum & Magistratum vel frangitur auctoritas, vel minuitur sollicitudo, vel remittit erga Ecclesiam affectus. Nihil admodum promovent, qui summos in humanis Moderatores vi quadam Solio potestatis deturbandos arcendosve cum Theodosio Ecclesia cancelli, aut ignominiose traducendos, aut prohibendos illo jure, quod soli in peculio habent, τῆ ἐπιτοκῆ τῶ ἐξω, ambitiosius censent. Semperque Theologo cogitandum, quid intersit inter Imperium & Sacerdotium, Sceptrum & Claves, Magisterium & Ministerium, Dominatum & Subjectionem, coercendi Potestatem, & suadendi Officium, quid denique distent Pastores gregum à Principibus populorum.*

rum. *Qua se fuissent isti prudentia, etiam nostra & Patrum memoria, minus certe in Scolas, minus in Theologos, fuisset invidia & malorum derivatum.* Nec alienus ab eius est sententia modo adductus *Herbergerius*, l. c. f. 373. ita singulos admonens: **Gläubet nicht alsbald den Laster-Mäulern / die die Obrigkeit verläumbden / dafür hüten sich insonderheit rechtschaffene Prediger / wenn sie was von der Obrigkeit hören / daß sie es nicht alsbald bejahren helfen / und auff die Tangel bringen.** Unicum adhuc circa conciones, quæ publice haberi, vel typis exscribi solent, monendum restat. Scilicet ea argumenta, ex *Philosophia Naturali*, si nonnunquam ad eandem respicere vellet Theologus, esse proponenda, quæ ab erroribus antiquorum Doctorum discrepant, ipsa experientia confirmantur, indubitataque existunt veritatis. Etenim, si promiscue omnia veterum placita repeteret, sibi que tribueret, facillimè credulitatis se faceret participem. Id quod suo tempore *Jo. Arndius*, Theologus verè pius, Verbi Ministro in *Aula Wismensi*, *Francisco Hermanno*, revocavit in memoriam, sequentem in modum ad eundem scribens: *Promittis etiam Natura Possillam. Miror precocitatem tuam. Tu nimis credulus, omnia vera esse putas, quæ sparsim hinc inde de lapillis, gemmis, metallis, animalibus, herbis leguntur. Crede mihi, non indiligens fui, ab ineunte aetate, natura investigator, & semper volupe mihi fuit, Lumen gratiæ & natura conjungere, sed pleraque illa, quæ vel in antiquissimâ librâ vel recentioribus legi, de rerum proprietate dubia esse, ne dicam falsa, compertus sum. Nituntur enim illa aus opinione aut superstitione veterum, & nequaquam experientia correspondere. Multa naturalia ex aliis librâ, transcripta & transvasata legi, quorum recitatione errores propugnantur. Quid opus igitur est, vel dubia, vel falsa Lectoribus obtrudere pro Evangelis, & conscire inde Possillas. Vid. Summe Reverendi D. Theoph. Wernsdorffii Diss. Theol. Arndtianos de Vera*

Christi

Christianismo Libros, examinans, & *Viremb.* hoc anno proposita, p. 10.
 Qvoadmodum verò in verbi prædicatione credulitatis experts esse debet, ita qvoqve in administratione *Cane Dominica* prudentiæ studeat, ne illos ab hoc epulo arceat, de qvibus incerta & inania narrantur, sed illos, cum qvibus vel ipse, vel qui eidem in munere sacro Collega datus est, locutus est, prævia admonitione admittat, & reliqva, qvæ indagare haud potest, DEo committat. Et hoc ipsum nunc affirmo, suffultus autoritate præclarissimi prudentissimiqve *Vitembergenſium Antisistis*, B. D. *Friderici Balduini*, qui in *Institut. Ministrorum Verbi* p. 239. 19. Verbi Præconem sequentem in modum instruit: Si qua suspicio est, quod quis indigne ad Sacram Cœnam veniat, eum minister non in ipso actu sumptionis indignitatis suæ admonere debet, sed differre post peractam cœnam, & tunc cum ipso privatim agere. Nam suspensiones possunt falli, & publicis illis compellationibus offenduntur alii. Satis autem est uniuscujusq; animum, in confessione privata (quæ etiam hunc in finem in nostris Ecclesiis retinetur) exploratum esse. Quo in genere si minister suum fecerit officium, suspensionibus de indignitate non facile locum concedere debet.

S. 10. Quod si ita contigerit, ut Theologus exteris regionibus visitare instituat, tunc sedulo ipsi à credulitate erit cavendum. Etenim si loca illa adire habeat necesse, quæ Romanensium sacra profitentur, varia audire & videre poterit, quæ superstitionem redolent, & pro veris communi suffragio habentur. Reliquias in nuo sanctorum Virorum & foeminarum, im agunculas, miraculis insignes, & loca sacra, quæ ad devotionem excitandam plebs imperita magno concursu adire consuevit. Miræ hinc narrationes de lisdem proferri, & confici, solent, ut, si semimortuus nugariorias hæcæ & infimas artes audiret, eum in vitam revocare possent. Verum de Theologo, ineptias ejusmodi auribus suis percipiente, dici debet: *Surdo narratur fabula.* Vel illud

Cicero



Ciceronis (Lib. I. C. XXVI. Tuscul. Quest.) sibi habeat commendatum
Nec Homerum audio, qui Ganymedem à Diis raptum ait. Quia in re
 probe suis defunctus est partibus *Rev. D. Gilbertus Burnetius*, An-
 glorum doctissimus, qui in Itinere, quod per *Helvetiam, Ita-*
liam, Germaniam, & Galliam, instituit, multa quidem oculis
 usurpavit, auribusque hausit, verum in rebus quamplurimis,
 quæ ipsi fidem superare videbantur, valde surdus fuit, ne cre-
 dulitatis jure postulari queat. Edocebit hoc ipsum unumquemque;
Itinerarium ejus, quod in Angliam redux edi curavit, atque plus sim-
 plici vice in Germanicum Idioma fuit translatum. Quemadmo-
 dum verò illud magno cum fructu ab iis in consilium adhiberi
 potest, qui studiis sacris dediti sunt, Pontificiorum fabu-
 las audire dediderunt, atque illas regiones frequentare sibi
 proposuerunt, ita serio voveo, ut omnes paria cum celeberrimo
 hoc Viro facere, ejusque exemplo permoti credulitati
 bellum indicere perpetuum haud graventur.

S. II. Sed maneat quoque rerum sacrarum peri-
 tus Doctor *Domi*, ac res suas pro virili ibidem peragat, attamen
 absque discrimine modo dictæ credulitatis confors fieri non
 debet. Homines sunt varii generis, & ætatis, & conditionis,
 qui cum adeunt, ejusque alloquio frui gestiunt. Illi,
 vel peregrè abierunt, vel domi se detinuerunt, diversa
 hinc narrant, quæ vel ipsi audiverunt, vel ab aliis eisdem pro-
 posita fuerunt. Imò inter eos quamplurimi de complexu ejus
 ac sinu sunt, alii contra fallaciam in eum intendunt. Omnis
 itaque cura eo ipsi unice est dirigenda, ut nunquam credulus de-
 prehendatur, sed vel in suspensio omnia relinquat, vel audiat
 magis alios loquentes, quam ut ipse cum præsentissimo suo
 malo multa proferat, pœnas credulitatis daturus certissimas.
 Etenim

D

Qui

Qui leviter credit, deceptus sæpe recedit,

Nimia credulitas Regum ac Principum pernicies vulgò dicitur, variisque exemplis ac monitis illustrata legitur in *B. Christ. Matthia Teatro Hist. p. m. 146. & 261.* Quidni eadem pestis quoque & pernicies Viri Theologi dicenda esset? Sæpe enim is vel rubore fuit suffusus ac pudefactus, cum falsa se audivisse, aliisque narrasse, atque sic turpiter ab hominibus nequissimis delusam fuisse, postea agnoscat, vel palinodiam canere fuit coactus, vel alia incommoda inde persensit, quibus facile carere potuisset, si modo non negligentior in rebus novis audiendis fuisset deprehensus. Liceat itaque extremò Theologum verbis *B. Dannhaueri* alloqui, in *Theol. Conscient. T. I. p. 265.* ita fluentibus: *μεμνησο ἀριστέν Syr. 12. 10. Si cum eo tibi res est ad speciem amico, qui Delilai instar secreta tua, ἡδὴ ἔσθ' ἡμῶν ἐκπύκαται, post prodit te, tuismet quasi armis captum, in dūcrimen adducit.*

§. 12. Atque sic paucis à me fuit probatum, variis modis credulitatem Theologo esse effugiendam, imò vitium illud eundem admodum dedecere. Verum liceat nunc *monita* quædam circa hoc negotium brevibus superaddere. Primum ergo hoc esto: *Credulitatem fugiens suspicionem minus necessariam evitet.* Prudens equidem diffidentia laudem meretur, isque sapientis viri sibi nomen tribuit, qui non temere credit, verum modus in rebus est habendus, ac moderata tantum diffidentia mortalibus nil uspiam videtur esse salubrius, juxta scitum *Euripidis* pronuntiatum. Quapropter *suspicax in cunctis diffidentia aequè in vituperio est, ac solida credulitas*, verba sunt *B. D. Geieri* in *Comment. in Prov. Salom.*

lom. p. 705. Etenim *suspicio vel iudicium*, quo de proximi probitate & honestate male sentimus, ex levibus iudiciis procedens, est illicitum, verba B. Dannhaueri l. c. p. 205. repeto, quia hoc ipso, quod aliquis malam opinionem habet de alio, sine causa sufficiente, indebite, contemnit ipsum, ac proinde injuriam ei facit. Fufius hæc verba de Ecclesia Christi meritissimus Vir deducit P. II. *Lact. Catech. p. 35.* inquit: Suspicio, der falsche Argwohn / ein arger Gast / der ihm selbst ein Feind tichtet und schnitzelt / alle desselben / auch die besten Worte / Werck / und Geberden / übel auffnimmt / deutet und auslegt; und wie dem Selbstüchtigen alle andere Farben gelb fürkommen / so muß alles / was sein Nächster thut / übel und zuwieder gethan heissen. Nach der Norm seiner falschen Einbildungen examiniret er alles auff's genaueste / daß oft der andere nicht weis / wie er in solchen Verdacht gerathen / ist ein rechtes Gift brüderlicher Einigkeit / und der Saamen aller Spaltungen und Zwietracht. Dum ergo *suspicio caritatem Christianam valde lædit*, atque haud raro *dissidia inter Collegas, aliosque, cum quibus est vivendum, excitare solet*, non immerito unusquisque sibi temperare debet, quo minus eadem se polluat. Hoc ipso tamen, ut jam monui, omnibus promiscue, & nullo habito delectu, non statim est fidendum. Id quod laudatus *Dannhauerus l. c. p. 29.* hisce verbis confirmat: Christliche Klugheit muß Maas und Ziel geben / denn ohne Unterscheid alles von verdächtigen Personen / die uns oder andere mehrmahlen betrogen und angeführet / (andere Meynung hat es mit frommen Leuten / die uns niemahl verführet) zu glauben / auch wo gemugsam Conjecturen und Muthmassungen des wiedrigen verhanden / das wäre unvernünfftig gethan / ein Alber glaubet alles / aber ein Witziger merckt

merckt auff seinen Gang / sagt Salomon. Die Canonisten und geistliche Rechts-Gelehrten wollen die Leut überreden / wenn ein Priester eine Weibs-Persohn küsse / anrühre / im Arm nehme / so solle man glauben / es geschehe aus Christlicher Liebe / und es wolle damit ein solch geistlicher Herr die Barmherzigkeit thun / und Seegen über dieselbe Persohn sprechen. Aber wir sprechen mit Salomon / ein **Alber glaubet alles**. Abraham wolt den Cananern nicht trauen / er besorget sich / es möchte keine Gottesfurcht da seyn. Desgleichen Jacob traute auch seinem Bruder Esau nicht / er hatte ihn gewisiget / gebrannte Kinder fürchten das Feuer.

S. 13. *Alterum instruit Theologum, ut Scripturam sacram diligenter meditetur, quo Credulitatem effugiat.* Hæc enim meditanda ipsi est, & cum cura legenda, ne in errorem ducatur. Et sane tamdiu in tuto erit, quamdiu eandem non deserit. Hinc nemo ipsi dicam scribere poterit, si dogmata illa nova, quæ à Scriptura diviniore probari haud possunt, approbare renuerit. Id ipsum sequentia *Dannhaueri* verba insinuant, quæ *P. I. Laß. Catech. p. 409.* leguntur: Die Liebe zwar glaubet alles / so weit sie von dem Auge der Christlichen Fürsichtigkeit geleitet wird / wann aber die Fürsichtigkeit wichtige rationes sind zu zweiffeln / sonderlich in Sachen / die Seeligkeit betreffende / ubi non licet nisi semel peccare. Da der Fehler gar mistlich / so ist der **Gern-Glaube unrecht**. Id propter causæ Christiani primævi non immerito laudantur, quod Christianam Doctrinam, semel receptam, diligenter custodiverint, nec ab ea se dimoveri fuerint passi, licet de stupiditate, simplicitate, ac credulitate, à Gentilibus fuerint accusati. Prolixius hoc argumentum executus est Theologus

logus piæ antiquitatis scientissimus, *B. D. Christianus Kortholtius*, in *Tractatu*, lectu valde digno, de *Calumniis Paganorum in Veteres Christianos sparsis*, *Cap. XI. & XII.* p. 86. sqq. & 95. sqq. Hosce adhuc hodie imitari decet, quando Scriptura sacra evolvitur, ne extra eandem sapere videamur. Cum verò unusquisque extra veram quoque Ecclesiam docentium ad eandem recurrere, ejusque præsidio regi cupiat, magna proinde cautio requiritur, ut eandem Ecclesiam Doctor rectè interpretetur, nec cæcos sequatur Magistros, qui præjudiciis ducti, falsas obtrudunt interpretationes, ac minus credulis fucum faciunt. Sic haud ita pridem *Leonhardus Christianus Sturmius*, Mathesos cæteroquin callentissimus, argumentis, prout ipsi quidem videntur, invictissimis, demonstrare annisus est, Græcum τῆς ἐστῆς in verbis institutionis Cœnæ Dominicæ malè translatum esse *Das ist* / cum potius vertendum fuisset *desgleichen ist* / tale est. Si quis ergò Scriptum ejus, quod nunc circumfertur, à rerum harum minus sufficienter perito, absque debita inquisitione, evolveretur, facillimo negotio eidem assensum præberet, atque à vera sententia abduci posset. Quapropter omnia diligenter ad lydium lapidem sunt revocanda, doctorumque animadversiones in consilium adhibendæ, ne credulitatis nota magno cum damno inuri debeat. Et sanè peropportunè Scriptum quoddam apologeticum mihi oblatum est, quod Eruditissimus Gymnasii Hamburgensis Professor, & Litterati orbis ornamentum, prorsus singulare, *Jo. Albertus Fabricius*, adornavit, & Sturmianæ novitati opposuit, quodque, cum lucernam oleat, dignum mihi videtur, quod diligentissimè legatur. Hanc autem istud gerit inscriptionem: *Job. Alberti Fabricii, D. und Profess. Publ. Mathemati-*

sche Remonstratio, daß (Tia) Herr Leonhard Christoph Sturm / in seinem diese Tage herausgegebenen so genannten Mathematischen Beweis / von dem heiligen Abendmahl / seine neue Erklärung der Worte der Einsetzung nicht blündig demonstrirret habe / sondern die von ihm herfürgebrachte Übersetzung des Wörteleins τῆτο für τῶτο ohne Zweifel irrig und falsch sey. Vifus enim est Sturmii nova sua hypothēsi Reformatis, quorum sacris accessisse fertur, gratum officium præstare, atque Lutheranis Evangelicis, qui realem corporis Christi præsentiam agnoscunt, agrè facere, ipsorumque fidem labefactare, inani autem prorsus successu institutum ejus gaudere, ex laudato celeberrimi Fabricii Schediasmate elucescet. Idem ergò factum denuò expertus est, quod cum problematibus quibusdam, ex I. Cor. XV. 26. 28. petitis, (8) nuper admodum subire fuit coactus. Hinc Scriptura sacra dextrè est explicanda, eidemque unice singuli inharere debent, quibus creduli sordet titulus.

S. 14. Tertium deinde observatu quoque haud indignum est, ad externos gestus, ac verba byssina, non semper respiciendum esse. Haud rarò enim homines advolant, qui voce blandiloqua uti solent, pietatem erepant, impietatisque Magistros rejiciunt, suspiriis & lachrymis unice voventes, ut veræ pietatis exercitium ab omnibus rite diligenterque instituat. Hosce, Viri nonnunquam integritatis & candoris laude maximè insignes, animadvertentes, & fraudulenta ipsorum ingenia non statim cognoscentes, admittunt, deque


(8) Vid. Celebrat. Dnn. Autores relationum innoctuarum ad Ann. 1713. p. 276. 19.

deque eisdem ex suo ingenio judicant, rati, quod eis, ut Viris innocentissimis, sit credendum, subveniendum, quippe qui bonam habeant intentionem, & cunctorum mereantur applausum, cum tamen vivis illos coloribus Sapien-
tiae Magister, *Syracides*, depictos dederit, c. *XIX*, v. 22. sq. ex Ver-
sione *B. Lutheri* ita scribens: Derselbige Schalck kan
den Kopff hängen und ernst sehen, und ist doch eitel Be-
trug. Er schlägt die Augen nieder / und horchet mit
Schalcks Ohren / und wo du nicht Acht auff ihn hast /
so wird er dich übereilen. Und ob er zu schwach ist / dir
Schaden zu thun / so wird er dich doch / wenn er seine
Zeit siehet / berücken. Ut non attingam, illos ab errore
haud esse immunes, qui bonam hominis intentionem tan-
tum respiciunt, licet veritatem sartam testamque servare in-
termittat, vel honestos mores graviter laedat. Id quod in-
tegra *Dissertatione*, sub *B. D. Jo. Georgii Neumanni* praesidio,
de bona intentione plerorumque omnium Sectariorum *Apsylo*,
Vitemberge A. *MDCCVI*. proposita, fuit ad liquidum
deductum.


§. 15. Quia verò piis precibus, ad DEum fufis, ma-
gna vis inesse solet, ideoque quartò Theologum moneo, ut
quotidie DEum roget, quò se ipsum adversus credulitatem
tueatur, ne istam ulla ratione committat, vel commis-
sam statim cognoscat, ac seriò deploret, (leg. *B. D. Joh.*
Andr. Qvenstedtii Ethica Pastoralis p. 691.) & cautius
alio tempore mercari studeat. Non male propterea de
toto negotio sensit *B. Jo. Mathesius* in *Homiliis* in *Syrac. f.*

III. *cujus verba nunc repetere volo*, Commentatione hæc
 ad finem perductâ : Das solte nun jehund billig ein
 jeglicher lernen und behalten / denn also würde desto
 weniger Zanck seyn / in der Kirchen / in der Schule / im
 Hause / und unter den Nachbarn. Und solten **GOTT**
bitten / daß Er uns selbst wolle lehren / wie wir weiß-
 lich und klüglich uns in allen unsern Geschäften und
 Händeln zu verhalten / und unsere Ohren mit dem heil-
 gen Wachs seines Worts verstopffen / auff daß wir
 nicht balde den falschen Angieffern und Ver-
 räthern Raum / Statt und Glauben
 geben mögen.









18. 20

HENRICI GOETZII, D.

Print. Lubecenf.

ENTATIO
OLOGICA,

De

ULITATE,

OLOGO

LEND A,

Qvam
In

io Ordinario

igusti, A, MDCCXIV.

defendet

DERICUS Volk /

omonte Boruffus.



Æ, Ære Schmalbertziano.

B.I.G.

